

nostræ artis exigentiam: Expedit si-
militer artificem temperatum & par-
cum ad irā esse, ne subito propter iræ
impetum iam incepta dissipet & des-
truat. Similiter et pecuniā suam cus-
todiat, ne presumptuosus eam vane
distribuat, vt si forte artem non inue-
nerit, relinquatur in miseria & despe-
ratione, vel ne forte cum iam ad finē
huius magisterij per suam indaganti-
am approximauerit, consumpta sint
ipsius dispendia, & verum finem mis-
ser violenter ex paupertate relinquat.
Sicut cum in principio, qui ignorant
suum thesaurum totum extermināt,
cum autem huic affines fuerint, non
habent vltius ex quo laborent. Vn-
de dico, q̄ hi tales in merore sepeliun-
tur, & quia pecuniam suam dissipas-
uerunt in rebus inutilibus, & q̄a sciē-
tiam, quam protenus indagassent no-
bilissimam amittunt. Non enim os-
portet tua bona cōsumere, quoniam
vili precio (si artis principia non ig-
noraueris, & quæ tibi tradidimus, res-
cte intellexeris) ad complementum
magisterij peruenies. Si ergo ars tuū
perdideris, nō attēdēdo nostra moni-
ta, quæ tibi in hoc libello scripsimus
aperta & manifesta, non nos inique
corrodas, nec nobis blasphemias iniū-
gas, sed tuę imputa ignorantie & pre-
sumptioni. Non igitur hec sciētia be-
ne conuenit pauperi vel indigenti, sed
potius est ei inimica & aduersaria.
Nec etiam ad inuenire nitatur sophis-
ticam metam operis, sed soli sit cōs-
plemento intentus, quoniam ars nos-
tra in potentia diuina seruat, & cui
vult, elargitur & subtrahit. qui ē glo-

rius, et sublimis, et omni iusticia et
bonitate repletus, forte enim ex sophi-
stici vindicta operis, tibi artem d. ne-
garet, & in deuium erroris te detru-
det, & ex errore in infelicitatem & mis-
eriam perpetuam. Miserrimus & in-
felix est, cui Deus semper post operis
sui atq; laboris finem, veritatem des-
negat conspiceret. quoniam vitæ suæ
spacium semper in errore concludit et
terminat, hic enim in labore constitu-
tus perpetuo omniq; infortunio et in-
felicitate obsessus, totam huius seculi
consolationem gaudium & delectati-
onem amittit, & vitam suam in me-
rorore sine proficuo consumit. Stude-
at similiter, cum i opere fuerit, omnia
signa quæ in qualibet decoctione ap-
parent, in mentem sigillare, & illorū
causas inquirere. Hec igitur sunt quæ
necessaria sunt artifici, ad artem nr̄am
idoneo. Si vero alterum eorum, quæ
narrauimus, eidem defuerit, huic ars
ei non adhereat.

